

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De  
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum  
Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac  
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, Anno M.DC.XII.**

Med. 18. De ijs quæ primo temporis insta[n]ti creauit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](#)

## MEDITATIO XVIII.

QVID DEVS CREAVERIT  
in primo instanti, aut in prin-  
cipio temporis.



INIS & scopus huius Me-  
ditationis & sequentium  
est, vt consideremusea,  
quæ Deus creauit statim  
in exordio huius mundi,  
& in sex primis diebus: vt  
horum beneficiorum co-  
sideratione, ad amorem & obsequiu authoris  
ipsorum prouocemur, meditantes aliquoties  
in singulis hebdomadæ dieb' opera, quæ Deus  
in illis fecit. Præmoneo tamen, me opus illud  
declaraturum, quod sacer ipse contextus in i-  
pso, vt dicitur, cortice præfert, scholasticus  
Theologis relinquens disputationem sensus  
illius, quo dicuntur res aliquæ tali die factæ,  
aut omnino, aut ex parte. Ad finem enim hanc  
Meditationum parum refert hoc scire.

## PUNCTVM I.

a Gen. I. 1.

**I**N principio creauit Deus cælum & terram.  
Terra autem erat inaus & vacua; & tem-  
bra erant super faciem abyssi, & spiritus Di-  
min ferebatur super aquas.

PR

PRIMÒ considerandum, quòd in principio, temporis videlicet, Pater æternus per PRINCIPIVM, qui est eius FILIUS, simul cum, suo SPIRITU, SANCTO videlicet, initium dederit rebus omnibus ; creans ex nihilo cœlum in tota sua magnitudine & rotunditate : quod quamvis sit tantū, b Deus tamen (vt ait Isaías) palmo illud ponderauit. Et quamvis adeò sit rotundum & sphæricum , nullo tamen Deus opus habuit fulcro, vt immensam hanc testudinem , quæ totam terram ambit, facheret, aut sustineret; vt sic Omnipotentiam suam manifestaret. Sed nominatim creavit tunc supremum cœlum , quod Empyreum appellamus, quasi splendens sicut ignis, vt totam spectabilius huius mundi machinam intra se contineat; & ut curia esset, thronusque regni ipsius, & perpetua beatorum tam Angelorum, quam hominum habitatio. Ex quo magnos concipiunt admirationis, laudis, & gaudij affectus, ex machinæ huius lociisque admirandi magnitudine; & supplicabo Deo Dño nostro, vt ad eum me deducere dignetur, siquidem illud prome creavit. O Deus Omnipotens, qui supremum celorum ex nihilo creasti, constituens in eo specialem habitationem tuam , c terram relinquentis filios hominum, vt in ea aliquam habitationem huius cœli promererentur; concede mihi, ita in hac lacrymarum valle vitam duocere, vt tandem perueniam ad tecum conueniendum in isto paradyso deliciarum. O Cœlum glorioissimum, lauda & benedic Cræ-

I.  
Creatio  
Cœli.

b Isaia 40.12

S.Thom. I.  
p. q. 66. a. 3.  
C. 4.

c Psal. 113.  
16.  
Dent. 12.

torem tuum; & habitatores tui eundem glorificent, ob magnitudinem & pulchritudinem, quam tibi impertivit, d *beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.*

d *Psal. 83.5.*

II.  
Angelorū  
creatio.  
*S. Thom. 1.*  
*p. q. 61. a. 3.*  
c. 4.

c *Iob. 38. 7.*

DEINDE considerandum, quod Deus Dominus noster non creauerit hoc cœlum habitatoribus vacuum, sicut terram, sed innumeris Angelis refertum, in tres Hierarchias & nouem choros distributis. quibus omnibus in eodem momento dedit omnes perfectiones naturæ & gratiæ, quæ uniuicq; conueniabant, iuxta Diuinæ sapientiæ dispositionem & decretum. O quam pulchrum & admirandum mansit cœlum cum hoc cœlestium agminum exercitu, adeò perfectè composito & ordinato: quam eriam cōtentia ipsa Trinitas Sanctissima, cum vidiit tres illas Hierarchias, & in singulis tres choros, in quibus referebant excellentiæ triū Diuinarum personarū! O quae fuerint cōtentī lātiq; noui isti milites, munificē, & quisque se ipsum aspicientes ornatos per perfectionibus & ornamentis! O quales iubilum in primo illo instanti senserunt, agnoscentes Creatorem, à quo tantum boni accepissent: Hac consideratione prouocaverunt Angelos, qui perseverarunt, ad glorificandum Deum ijsdem laudibus, quibus glorificariū in principio: de quibus gloriatur Deus dicens Iob: *e vbi eras, cum me laudarent sancta astra matutina, & iubilarent omnes Filii Dei.* O Angeli supremi, qui fuistis primitivis operib

Dei, creati primo mane & diluculo huius mudi, laudate & benedicite illum, quia simul fuit yester Creator & Pater, dans vobis esse natura, & adoptionem filiorum Dei per suam gratiam; & quoniam paulo post etiam propter merita vestra, dedit Ese æternum suæ gloriæ, glorificate eum magnis lætitiae iubilis, poster nouum illud beneficium; & orate, ut in societate vestra faciat me eius participem, Amen.

*In hac consideratione licebit excurrere per*  
*choros Angelorum, Archangelorum, Principatum,*  
*Potestatum, Virtutum, Dominationum, Thronorum, Cherubinorum, ac Seraphinorum, singulos choros inuitando ad laudandum Deum; &*  
*gaudendo de bono quod in sua creatione, & po-*  
1. part. Me-  
*te in glorificatione accepemus, iuxta ea, qua det. 35.*  
*maliis locis diximus, & adhuc fusius dicetur in-*  
*fatus.*

## PUNCTVM II.

**D**E INDE considerandum, quod eodem ipso instanti creauerit Deus terram, collocans eam tanquam centrum, in media concavitate coeli; in tanta tamen magnitudine, a latitudine, & longitudine, ut nullus mortaliu[m] eam possit certò cognoscere aut metiri; quod se posse facere gloriatur Deus, vt sa-  
a Job. 38.5.  
b Eccl. 1.2.

**S**ED in eo maxime Dei Omnipotentia resuicit, quod rem adeo immensi ponderis sustentetur in vacuo, absq[ue] fulcro aliquo corporali cui conicitur, idq[ue] rata firmitate, vt dixerit David:

**b Psal. 103.5.**

I.

ad

c Isai. 40.12 ad vnam vel alteram partem, in seculum secu-  
li. A deoque facile eam sustentat, teste Isaia, ut  
tribus digitis molem terræ appendat: atque si

c Isai. 40.12

quis parvam aliquam rem tribus suis digitis  
appensam teneat. Sapientia enim sua, bonita-

d Job. 26.7 te, & Omnipotentia firmissime illam in eodē  
loco sustinet, & ideo dixit Job, quod Deus d

appenderit terram super nihilum. Hinc colli-  
gam, quā par sit, me confidere Dei Omni-

potentia; siquidem solo suæ voluntatis nutu  
potest me confirmare, & aeternum ita stabi-

lire in bono; ut ad neutram declinem patem:  
Nam, quamvis onus corporis sit graue; virtus

tamen Dei ita potest illud sustentare, ut ani-

mam meam non opprimat; opprimet autem,  
nisi demissè innitar fundamento supernihilum

meum, & me proijcam vniuersim in manus  
Domini. O Deus Omnipotens, qui totam ter-

re molem appendis, nulli rei extra te innixus  
concede, ut mihi nihilum meum verè agno-

centi, tu solas mea sis firmitas, & in te secula  
sit virtus mea, Amen.

## IL

DEINDE perpendam abyssum aquæ sive ne-  
bulæ, qua Deus terram texit, statim atque il-  
lam creauit, ita ut non posset videri, in qua-  
attendam naturalem ordinem, quem duo ha-  
elementa exigunt, quo significatur status ho-  
minis terreni, cooperti miserijs & calamita-  
tibus, per aquam significatis. qui homo ade-  
est foedus & miser! ut sit indignus, qui vide-  
tur, donec Deus infinita sua misericordia o-  
perculum illud remoueat; in quo confidan-

quo

quod sit tempore me liberatus, dicens cum  
Propheta Iona, et circumdederunt me aquæ vs-  
que ad animam: abyssus vallavit me ex omni  
parte, pelagus operuit caput meum: sed tu, Do-  
mine Deus meus, sublevabis de corruptione & pe-  
niculo vitam meam.

c. Iohann. 2. 6.

## PVNCTVM III.

**T**ERTIO considerandum, quod terra (in  
eo instanti) erat inanis & vacua, & te-  
nebrae erant super faciem abyssi. Totum  
itaque spatum inter coelum & terram, siue  
illud esset aqua, siue nebulæ, siue aër, totum  
erat tenebrosum & absque luce.

S. Thom. 1.  
p. q. 66. a. 1.  
& q. 68. a. 3.  
aut per tene-  
bras signifi-  
cari aerem,  
qui est sub-  
iectum lu-  
minis.

I.

In quo est primò perpendenda ruditas,  
quam tunc temporis habebant terra, & aqua.  
Nam terra erat inanis, quia carebat proprio  
fine suæ creationis, & vacua ab arboribus &  
habitatoribus, & tota in tenebris, ob defectū  
lucis. Si itaque terra & aqua intellectum ha-  
buerint, & linguam, clamassent ad suū Crea-  
torem, petentes dari sibi perfectionem, qua  
cunctorib[us] deerat: Et in hoc toto, licet me ipsum  
considerare, hominem terrenum & miserum,  
& in peccato conceptum, ob Adami lapsum;  
qui propterea initio meæ creationis inanis  
eram & vacuus; fraudatus à fine, in quem fui  
creatus; vacuus à gratia & virtutibus, tectus  
que rotus horrendis tenebris culpæ & igno-  
ranciæ: quam eandem miseriam incurro, quo-  
nies lethalem culpam admitto; Qui igitur  
mentem & linguam habeo, meritò clamabo

ad

ad meum Creatorem, ut me à culpa liberans,  
perficiat opus manuum suarum. Praterea  
quamuis sanctissimus sim, licet considerare,  
me ex meipso instar esse terrę inanis & vacuę  
& abyssi tenebris cooperat: quare memor il-  
lius temporis, quo talis fui: Debeo semper  
clamare ad Deum, à quo mea perfectio de-  
pendet, ut eam cōseruet & promoueat, donec  
suum finem consequatur. O Creator mi, terra  
sum ab omni bono vacua, fructu bonorum  
operum nuda; & sine eo carens, quem per  
illa consequi; & super alias meas misericordias,  
sum etiam tenebris plenus, & sine luce, qua  
cognoscere possem mala mea, & eorum reme-  
dium. ad sis Domine, tua misericordia, ve-  
reras me à tanta miseria: & qui mihi dedisti  
Esse quod habeo, da etiam perfectionem, qua  
careo; ut opus tuum maneat semper perfe-  
ctum, Amen.

## IL

DEINDE perpendam mysticas causas hu-  
ius differētiæ, inter creationem terræ & cœli  
Empyrei. Quarum una est, quod terra signifi-  
cat id quod homo habet ex misera sua natura  
a Psal. 38. 6. iuxta illud Dauidis: a vniuersa vanitate om-  
nis homo viuens, & vacuus ab omni bono: at  
cœlum Empyreum, significat id quod habet  
homo ex gratia Dei; quod videlicet, sit igne-  
neus, & luce Diuina splendens, igne char-  
tatis ardens, & virtutibus plenus. Deinde  
Empyreum cœlum creatum est, ut sit sedes  
beatorum & perfectorum, qui ultimum suum  
finem sunt consecuti; & ideo creatum est.

tota sua perfectione, & plenum innumeris  
habitatoribus: terra vero creata fuit, ut esset  
habitatio bonorum, & malorum & imper-  
fectorum; nec ut esset perpetua, sed tanquam  
transitus, & in qua pergatur ad ultimam per-  
fectionem & præmium, quod datur in cœlo:  
ad id ergo significandum, fuit creata imperfe-  
cta, vacua habitantibus & inanis, non habens  
scilicet suum finem. Ex quo intelligam, quod  
existens ego inter cœlum & terram, ad v-  
erumque debeam intendere: quid scilicet  
ex me ipso habeam; & quid per Diuinam  
gratiam; & ad statum præsentem, qui est  
peregrinantis in terra; & ad statum æternum,  
quem expecto in cœlo. Considerans ergo  
meam imperfectionem, conabor pergere, b  
*ascensiones disponens (ut ait David) in corde*  
meo, & progressus meos in hac valle lachry-  
marum, & in loco, in quo me Deus posuit, per-  
gens de virtute in virtutem, donec perueniam  
ad arcam supremam Sion, & ad locum mihi  
Deo præparatum in ipso coelo Empyreo.  
O Deus æterne, siquidem cum oculi tui imper-  
fectum meum viderunt, adiunca me, ut illud ex-  
am, dum viuo in hoc loco, in quo me posui.  
Sicut à te perfectus, perueniam ad eum, quem  
mihi præparasti, in æternum, Amen.

b *Psal. 83. 6.*c *Psal. 138.*

16.

## PVNCTVM IV.

QVARTO considerandum est illud, quod  
spiritus Domini ferebatur super aquas.

ET

I. ET perpendendum primò, quodis esset spiritus sanctus, qui ambulans super aquas, etiā tenebrosas, imperfectum hoc opus perficere, imprimens illis virtutem & efficacitatem ad illa opera & res, quae ex eis erant producendi, ad exornandam & condendam terram. In quo significatur nobis, esse spiritui Sancto familiare, in necessitate constitutis subuenire, etiā in tenebris, & in umbra mortis existentibus, & plenis multis imperfectionibus; inspirationibus & instinctibus suis internis imprimendo illis virtutem & efficacitatem, quae conuertantur ad Deum, & capaces fiant lucis & donorum eius, ut apta sint instrumenta ad opera grandia, quae ipse sit in eis operatus. Significatur etiam (ut ait Ecclesia) efficacitas & virtus sanctificationis, quam erat aquis communicaturus, ad nos per illas purgandos a peccatis. Quare magno affectu supremū hunc spiritum inuocabo, dicens: O diuine Spiritus, qui ferebaris super aquas, etiam si tenebrosas, veni in meam animam valde tenebrosam, & imprimens illi imperium Sanctæ inspirationis tuæ, illam dispone ad recipiendam supremam tuam lucem, donaque gratiæ & charitatis tuae. Amen.

DE INDE perpendendum est mysterium, quod in verbo illo FEREBATVR, latet: ambilabat scilicet & mouebatur super aquas, ad significandum, quod spiritus hic diuinus, qui in se ipso sit immutabilis; & in celo, qui est locus triumphi & præmij, quiescat, vide-

S.Thom.i.  
p.q.66.4.1.  
ad.2. & q.  
74.8.3. ad  
4.

In benedictione fontis Baptismatis.

II.

dum & fruēdum se præbens in æterna requie;  
in hac tamen vita, in continuo semper est mo-  
tu super homines viatores, inspirās illis, eos  
que mouens ad virtutem & perfectionem. ad-  
iuuans etiam illos calore & protectione sua,  
donec fructum proferant, quem ipse in eis de-  
siderat. nam eius ambulatio & motus nec fit  
gratis, nec otiosus est, sed ex se efficax: non  
quod ille se ipsum moueat, sed quod nos ipse  
excitent, ad torporem & otiositatem nostram  
excutiendam, & pergendum in via ad celum;  
& hoc prestat erga suos dilectos filios, de qui-

busait Apostolus, a qui spiritu Dei aguntur &  
impelluntur, his sunt filii Dei. O supreme Spi-  
ritus, ambula semper super me, animans &  
impellens ad sequendam tuam voluntatem, ut  
vbiunque fuerit impetus spiritus, illuc gra-  
diar, nec reuertar ab inceptis.

a Rom. 8.14.

h Eccl. 1.12.

PERPENDAM quoque, idem verbum, FE  
REBATVR notare continuationem & assisten-  
tiam Diuini huius spiritus super aquas: quod  
declaratur illa comparatione, qua vtuntur  
Sancti & ipsa Ecclesia, cum dicunt; quod sicut  
gallina incubans ouis, suo calore illa viuifi-  
cat, vt producantur pulli; ita Spiritus sanctus  
sua virtute assistebat aquis, vt viuentia ex eis  
produceret. Et ita assistit, suaque protectione  
præsidet super animas, vt gratia sua illas viui-  
ficians, fructus illæ proferant operum viuorū.  
Nec se vñquam ab eis subtrahit, nisi illæ eum  
aserepellant. & tunc nobis euenit, quod ouis,  
quæ gallina deserit, vt irrita & sterilia ma-

III.  
S. Basilius  
homil. 2.  
Examer.

Ecclesia  
suprà.  
Tu super  
aquas fo-  
turus es  
ferebaris.

maneant, nec ad aliud valeant, quām ut mittantur in sterquilinium. Attende itaq; anima mea, quid agas, quid cogites; ne diuinus hic Spiritus se subtrahat; in cuius præsentia, tua consistit vita; & ex cuius absentia, mortis ibi eueniet: attende igitur magna continuatione & sollicitudine, eius seruitio; vt ille constanter assistat tuo remedio. O Spiritus diuine, a te incipere debet bonum meum, qui a tu præfides super omne quod bonum est; ne permittas, vt ego à te fecedam, ne tu vñquam à me cedes, Amen.

## IV.

S. Thom. I.  
p q. 45. a. 6.  
¶ q. 74. a.  
3. ad 2.

VLTIMÒ perpendam, quibus nominibus diuina Scriptura hic appellat Creatorē, Principiū videlicet Deum, Spiritum, & Dominū. Est enim PRINCIPIVM, quia rebus omnibus dat esse; est DEVS, propter auctoritatem & potestatem, qua omnes gubernat; est SPIRITVS, quia illas perficit, datque vitam ijs, quæ eius sunt capaces; est DOMINVS, quia illas creauit.

PRAETERREA, cùm tota Sanctissima Trinitas hoc opus perfecerit: FILIVS significatur nomine c PRINCIPII, quia diuina sua sapientia dedit initium, delineando omnia, quæ creatura sunt. PATER retinet nomen D E I propter omnipotentiam, quām habet à se ipso, non acceptam ab alia persona: SPIRITVS SANCTVS appellatur SPIRITVS, propter officium, quo præsttit; vivificando videlicet & perficiendo sua bonitate creature: quamuis oēs tres personæ totum fecerint, & omnibus conueniant nomen DOMINI, propter Dominiū, q habent super

c Iohann. 8. 23.

Textus Hebreo habet:

In principio

Dij creauit:

ut notetur

Trinitas

personarū,

et Vnitas in

Essentia, &

virtute ad

operandum.

super creaturas, nomine & titulo creationis:  
ideoque tunc (teste S. Thoma,) Deus accepit  
nomen Domini, & possessionem sui Domini.  
nam tunc cœpit habere creaturas, seruos &  
famulos, quorū esset Dominus, & quibus pos-  
set imperare. Gratulabor itaque illi de novo  
hoc nomine, ex toto corde gratitudinis ple-  
no. O Deus æterne, cuius Dominium quoad  
potestatem est æternū, gratias tibi, quod fue-  
ris dignatus tot creaturas creare, quarum es-  
ses legitimus Dominus. Gaudeo Domine,  
quod noster sis Dominus, Dominus omnium  
Dominorum, & unicus Dominus, à quo pro-  
cedit omne dominium. Si quidem igitur meus  
es Dominus, gere curam mei, creature tuæ:  
accipe possessionem mei, ita ut ego tanquam  
seruus fidelis, tuo semper seruitio attendam  
in secula, Amen.

<sup>1. part. q. 23.</sup>  
<sup>4.7.</sup>

## MEDITATIO XIX.

DE IIS QVAE PRIMO  
die creauit Deus.

## PUNCTVM I.

**D**I XIT DEVS: fiat lux. Et facta est lux: & vidit Deus lucem quod esset bona: & dicit iste lucem à tenebris: Appellauitque lucem diem, & tenebras noctem.

Genes. i. 3.